Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

gressa ludificat. Quare prodigus tan
tarum rerum gloriam nefas ratus perpetre-
mavis. sicut aures nostras popularis rumor
implevit ante. Latent decretalia nostre
excellencie precepta contra christianos emissa.
Ita tamen dicito palam quod profiteris. Sed for
tissimus christi tyro secundum apostolum veterem
hominem cum actibus suis expoliatus. et
indutus eum qui secundum deum creatus est per
baptismatis regeneracionem ita constanter
respondit. Honor tuus et gloria sint tecum in per
dicionem quo iturus es. Ego quidem
secundum debitum et propositum mentis. cum per
lavacrum confederatus spopondi famula
bor. Hunc ergo accipe que dedisti. nudus
egressus sum de utero matris mee. nu
dus revertar illuc. Inglorioso animo liber
militare regi celorum. Et his dictis exu
ens se clamide quam aurea infrenabat
fibula. dissolvensque dignitatis balthe
um quo precinctus insigniebatur proiecit an
te pedes eius. et vociferans ait. Christia
nus sum. non mihi licet exercere militare
negocium. Tunc decius stupefactus quasi
hore dimidie spacio conticuit. totum illum
perlustrans oculis. contristatusque est valde
super pulcritudine eius. Erat enim rufus
aspectu decoraque facie. Itaque furore decius
correptus. dedit sentenciam condempnacionis
ut in carcerem truderetur. Videbat enim
priusquam duceret. Dum tempus arrisit
ille non intellexit. nunc autem persentiscat
quod possit romani regni severitas.
Fremebat autem simulatis furiis.
putans eum comminando posse terreri. atque
a proprio mentis proposito revocare. Sed
beatus mercurius illato sibi terrore non
trepidans. carceris ingressus est claustra
gaudens et glorificans christum dominum. quia
dignus habitus esset pro nomine eius pati

talia. Eadem vero nocte astitit ei angelus
domini dicens. Confide mercuri ne for
mides momentaneas minas. et crede
constanter. quia quem confiteris dominum li
berabit te ex omni tribulacione ista.
Confortatus est ergo validissime angelice
visionis alloquio gracias agens deo
quod ei visitacionis graciam per angelum suum
dignatus est infundere. Altera autem
die. idem decius sedens pro tribunali ius
sit eum vinctum adduci in conspectum suum.
Cui et dixit. Ita decet vecors. nam talis
famulatus obsequiis dignus haberis.
Beatus mercurius contra sic ait. Hoc
vere fateris. Sic decet te eo quod inesti
mabilem in decorem et gloriam preparas in
eternum. Hic etenim tu propter labentem feli
citatem suscipis ego pro eterna temporali
eternam utilissime recipere modis omnibus
confido. Tunc decius ut erat delini
ficus. cepit ei callide consulere dicens.
Satis ineptum et incomodum est relictis
rebus bellicis. quibus summa deorum ac
mortalium amministratur utilitas. ignavi
e lentisque operis animum tradere. Et ideo
quod conaris non religioni sed vanitati
ascribere. Unde cernens indolem tuam
exceptam ignoraque consilii. flexus pieta
te ceu pater moneo te deserere hanc
animi levitatem. et ad potentissime
nostre consultacionis gravitatem te confer. ut
honoris apicem repetas. ne divis natis(?)
vitam primevi tui floris inopinata
morte consumas. || Quis umquam glorio(?) ||
existens ad ignominiam sponte pro
lapsus est. Novum est hoc genus cala
mitatis. At beatus mercurius. putabam
inquit me imperatorem adisse christianum. sed
dominatorem repperi. Nam sic predecesso
ris tui vice regia potiris. ita eciam

|| Quis umquam primatum suum exsolus
abierit.